



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 45. Sancti alii in Gallia Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V. S. Remigius optimo a Natura ingenio
 A. C. 476. præditus, & humanioribus Disciplinis im-
IX. Epist. butus, Sidonio Judice in Eloquentia Pa-
 læstra palmam sua ætate omnibus præ-
 ripuit. Scientiarum studio pietatem jun-
 xit, ex puer morum gravitas, & inno-
Ebd. I. centia elucebat. Hinc Bennagio, Epis-
c. II. copo Rhemensi, defuncto unanimi totius
 populi consensu, ipso frustra reluctante,
 nam juvenis erat viginti duorum anno-
 rum, ad Sedem vacantem implendam
 electus est. Eventus docuit, digitum Dei
 ad hanc Electionem fuisse operatum. S.
 Remigius septuaginta quatuor annis Ec-
Sigebert. in clesiæ Rhemensi dignissime præfuit. An-
Chr. no 471. ordinatus fuisse creditur.

§. XLV.

Sancti alii in Gallia Episcopi.

Sid. IX. ep. Multos alios in Gallia Episcopos eximia
io. Greg. Sanctitate fuisse Sidonius litteris
Tur. II. hist. consignavit. Inter illos celeberrimi ha-
c. 23. Sid. bentur Aprunculus Lingonensis, qui Sede
VII. ep. 10. sua pulsus, cum in Arverniam venisset, ab
IV. ep. 10. ipso Sidonio Successor in Sedem Claro-
Martyr. 10. montanam designatus est. Auspicius
Jan. 29. Episcopus Tullensis, Censurius Episco-
Jul. pus Antissiodorensis, cui Constanlius, Si-
ep. 15. IV. donii in paucis amicus, S. Germani vi-
ep. 24. tam inscripsit. In Ecclesia dies decima
 Junii Censurii memoriae sacra est, &
 29. Julii Prospere Aurelianensis memoria
 agitur,

agitur, qui ut honorem S. Aniani Ante-Sæculum V.
cessoris sui augeret, apud Sidonium pre- A.C. 476.
cibus instabat, ut Bellum Attilæ scriberet.
Sed ille rogavit, ut excusatum se haberet.

Unus ex Optimatibus Palatii, cui no-
men Maximus, pecunias mutuas dede- *Sid. VIII.*
rat Turpioni, olim Tribuno. Iste gravis *ep. 15. IV.*
sime ægrotans, cum ad solvendum urge- *ep. 24.*
retur, Sidonium, utriusque amicum, ro-
gavit, ut sibi dilationem obtineret. Ma-
ximus Tolosæ habitabat, ad cujus prœ-
diuum, quod prope Civitatem habebat, &
forte tunc erat, Sidonius se contulit. *Ad-*
venienti mibi, inquit, ipse obviam proce-
fit, sed totus mutatus. Semper antea vi-
deram corpore erectum, liberali ingressu,
voce expedita loquentem, & fronte porre-
cta; tunc vero habitus, ingressus, color
vultus, modestia, omnia Religionem spira-
bant. Capillitium breve erat, barba pro-
lixia, tribus pedibus sellæ, qualibus vulgus
utitur, solito grossiora ad portas siparia
pendebant, nullæ in lecto plumæ, nec pur-
pora mensam ornabat. Convivium bone-
stum, sed frugale, & plura legumina, quam
carnes inferebantur. Optima quæque bo-
spitibus, non ipsi destinabantur. Cum a
mensa surgeremus, submissè quæsivi ex ad-
stantibus, quodnam ex triplici vitæ gene-
re amplexus fuisset, an Monachi, Clerici,
vel Pænitentis? responderunt, haud diu an-
te illos dies fuisse initiatum Sacerdotio,
Hist. Eccles. Tom. VI. Iii quod

Sæculum V. quod ut admitteret, civium suorum in vi.
A. C. 476. rum affectum impulisse invitum.

Narrat deinde Sidonius, Maximum, a se rogatum, ut Turpioni moram concederet, non solum spatiū unius anni indulsisse, sed etiam usuras omnes, quæ ipsi Summa maiores evaserant, donasse, & promisisse, si Turpio moreretur, nihil se a filiis exacturum, nisi quod a lenitate Sacerdotis non abhorreret. Nullibi alias, quis hic Maximus fuerit, occurrit, & quia inter Episcopos Tolosanos non recensetur, credere oportet, simplicem Presby-
v. Gall. Chr. terum fuisse. Nihilominus hæc Historia
to. I. ideo memoratu digna fuit, ut notaremus, quantæ mutationis in exteriori etiam conversatione ordinis Clericalis susceptio causa esset.

§. XLVI.

Basilisci epistola ad Episcopos.

Sup. §. 40. Cum in Oriente Basiliscus, Zenone fuga
Evagr. III. elapso, Imperator haberetur, Dele-
c. 4. gati ab Alexandrinis ad eum missi sunt,
Sup. §. 20. qui impetrarunt, ut Timotheus Elurus ab
Theod. Lett. Exilio, in quo annos octodecim exige-
I. p. 550. ep. rat, revocaretur. Ergo Timotheus Con-
4. Simpl. pp. stantinopolim venit, atque a suæ Factio-
nis hominibus excipitur, acclamantibus:
Benedictus qui venit in Nomine Domini.
Ecce autem, dum eum Alexandrinorum cohors ex Basilisci Palatio ad Ecclesiam cum